



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

18. Dies Octob. Magnam rem puta, unum hominem agere: præter sapientem autem, nemo unum agit. Seneca Ep. 121.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

cupisibilis. Attribuimus Filio veritatem, & ad hanc tendit vis rationalis. Attribuimus Potentiam, Majestatem, & gloriam, & ad hæc tendit vis irascibilis. Oportet igitur, ut his viribus satiatis, per conjunctionem cuiuslibet cum suo supremo appetibili, anima rationalis totaliter satietur, quietetur, & stabiliatur. Quidigitur tibi est in cœlo, & in terra, cum in illis nihil sit quod te satiet, præter unum, qui in principio creavit cœlum & terram? Quid est desiderium? Voluntatis hiatus: Voluntas itaq; dum aliquid optat, ad aliquid hiat. Multa, & magna pollicetur, ut implet magnum cordis hiatum Mundus, vasto promissor hiatu. Sed quia non potest, congestis omnibus quæ possidet bonis, in hunc immensum hiatum, ideò cor novis jugiter inhiat, quia nihil adhuc satiat. Adhuc hianti ore clamat, post omnia, (b) *Affer, Affer.* Quando tandem satietur? Respondet David: (a) *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Quando dicet: sufficit? Audi ex Philippo. (c) *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Vis ergò sapere? Nihil facilius.

Gaudia vera petas, quæ numquam terminat etas.

18. DIES OCTOB.

Magnam rem puta, unum hominem agere: præter sapientem autem, nemo unum agit. *Seneca Ep. 121.*

Unum I.
esse oportet.

Superest adhuc ad fœlicitatem Voluntatis, unum, ut satagat esse una. Nisi sit una, nunquam in uno quietet Deo. Habeat licet Anima Triclicem facultatem, Memoriam, Intellectum, Voluntatem, hæc tamen facultas triplex, debet esse simplex. Hæc creata trinitas, deber est ut increata unitas. Docebit te hanc unitatem, ex SS. Patribus

(a) *Prov. 30.15.* (b) *Psal. 16.25.* (c) *Ioan. 14.8.* non

non unus. Primus sit Ambrosius. (a) *Et in ergo ad similitudinem Domini, unus esto, non hodie sobrius, crassibriosus; hodie pacificus, cras litigiosus. Esto scui imago in didrachma immutabilis, eundem habitum servans, quotidie.* Vide stantem in sua basi effigiem Jovis, veni cras,redi perendie, &c si velis post annum, & ultra, eadem erit semper statura Jovis, non hodie Jovis, cras Mercurii, perendie Aesculapii. sit in corpore tua anima, sicut in basi marmorea statua. Non refert faciem hodie ridentis, cras flentis, hachoralencinantis, sequenti minitantis; nunc amantis, statim odientis. Monet in modo quovet, qui prius ut sis unus, Ambrosius. Vetus dictum est. (b) *Affue sic unus esse: ut vita tua quandam picturam exprimat, eundem servans semper imaginem, quam acceperit. Quomodo potest unus esse, qui nunc iracundia inflatur, nunc indignatione gravi exasperat, nunc vultu excandescit, nunc pallore immutatur; per momenta varius, & discolor? Homo inconstans, qui non est unus, tot habet varias affectiones in vita, quot pavo colores in cauda. Ut hic est discolor in plumis, sic & hic est discolor in actis.*

II. *Ut sis unus, eundem semper serva vitam tenorem, nec mentem in varia deduces, diversisque affectibus discerpi permittas. Ut sis coram Deo, in te & hominibus, magistus, esto unus: & rem magnam puta unum hominem agere: alioquin agis auctum nisi agas unum. Illud enim est proprium sapientis. Quia sapiens est qui nescit numerum, unum se stabilens ubique: licet minus sit unus, quam plura: tamen plus est esse unum, quam multos. Magnitudo*

(a) *L. i. Epist. i. (b) l. io. Epist. 81.*

Octob.

Tessera.

829

do viri unitate constat. Magnus est qui non est multus, non varius. Fuit ille sensus Pythagoricorum; Unitatem spectare ad bonum, ad malum diversitatem. Satis multa facit, qui semper eadem. Docet Christus inter omnia, tantum unum esse necessarium. Quod illud est unum? ut sis unus. Talis eris si super omnia diligas unum Deum. Assequitur nulla, qui sequitur cuncta. Id sis hodie, quod bene haberi; id cras, quod hodie. Deo id est, non modo proprium, qui summum, semper id esse, quod est. Istim tesseram Divinitatis usurpat vir sapiens: qui semper inter inaequalia, est sibi aequalis, inter dissimilia suis similis, inter varia non varius, inter diversa idem, inter omnia unus. Non est periti artificis, opera ca-duca facere; sed fundata, stabilia, aeterna. Ma-gnum pretium dat rebus diuturnitas: sic & homini Unitas. Vitrum si soliditate aquaret aurum, pretio superaret. Saepè pretiosius, quod in rebus est, tempus est. Antiqua opera antiquius habentur, ob tem-poris quo persistenter diuturnitatem. Dignitas est durasse, erit & posse durare, nec facile in-frangi.

III. Integros animos reddit constantiae Virtus. Et ipsa sine frustis est integra, sine partibus tota, sine numero una; est res vitae, non hora, non dies, quae cum sole occidit, & cum sole oriatur; interdiu, & noctu, ubique & locorum, & temporum amanda, quae adhuc in exitu inchoat: res perpetui initii est, ne offendat finem. Nulla dies sine linea, quanto magis sine puncto? Ego in allem, nulla hora, nullum punctum, sine virtute. Idem velle, idem nolle, est sacramentum sapientiae: nec enim nisi ad re-

ctum

etum, unitas voti reperitur. Vitium in varia se dispergit, nunquam in unum se colligit. Hoc pessimum malum habemus, mutare mala, variare vitia, non ponere cupiditates, sed transponere: alioquin vel vitii radio, citius boni essemus. Ægrè unum reperies, qui vir unus sit, & non variis affectionibus, quibus indulget, varius non referat. Praeclarè Origenes ad illa verba,

(a) *Fuit vir unus. Hoc, inquit, pertinet ad laudem justi, quod dicitur vir unus. Nos, qui adhuc peccatores sumus, non possumus illum titulum laudis acquirere: quia unus quisque nostrum non est unus, sed multi. Intuereris que alicuius vulnus nunc irati, nunc iterum tristis, pa-
lò post iterum gaudentis, & iterum turbati, & rursum levis: vides quomodo ille qui putatur unus esse, non est unus: sed tot personæ in eo videntur esse, quot mores? Fies unus, nixus, ut fulcro, uno Deo: Fies inutilem, adhaerens mutabilibus. Accipe nunc sapiendi methodum.*

Qui sapit, hic spernet, quidquid mutabile cernit.

19. DIES OCTOBRI.

Quocunque tempore non cogitaveris Deum, putas tempus illud amissum. *Cæsarius Monit. 2. cap. 3.*

Dei præ. I.
sentia.

MAgna est jactura temporis, sed maxima dum non es memor Numinis. Amissum scias omne tempus, quo non occurrit animo tuo Deus. Quomodo potes obliuisci Dei, qui semper meminit tui? & sic meminit, quasi aliquorum omnium immemor, solus es, de quo solo possit meminisse. Gaudet rusticus si intelli-

(a) *1. Reg. 1. i.*